BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Beniamin bale et bochor et adiel tres
filii bale. esbon et ozi et oziel et ierimo
th et vrai. quinque principes familia
rum et ad pugnandum viri fortissi
mi. numerus autem eorum xxii milia
et xx quatuor. porro filii bochor zami
ra et ioas et eliezer et elioenai et ama
ri et ierimoth et abia et anathoth et al
mathan. omnes hii filii bochor. nu
merati sunt autem per familias suas prin
cipes cognationum ad bella fortissimi
xx milia et ducenti. porro filii iediel
balan. filii autem balan hieus et benia
min et aoth et chanana et iothan et
tharsis et ahisaer. omnes hii filii iedi
el principes cognationum suarum vi
ri fortissimi decem et septem milia et du
centi ad prelium procedentes. Sefam
quoque et epham filii hir et asim filius aser.
filii autem neptalim iasiel et goni et asir
et sellum. filii bala. porro filius man
asse hesriel. Concubinaque eius syra pe
perit machir patrem galaad. machir
autem pepit uxores filiis suis ephron et
sephan et alium et habuit sororem maa
cha. nomen autem salphaad. nateque sunt
salphaad filie et pepit maacha. Uxor
machir filium. vocavitque nomen eius
phares. porro nomen fratris eius sa
res et filii eius ulam et recem. filius
autem ulam. baldan. hii sunt filii gala
ad. filii machir filii manasse. Soror
autem rema pepit virum decorum ab
iezer et mola. Erant autem filii sediam
et sabin et satin et aman. Filii ephraim
sunt thala et bared filius eius. thabat
filius eius et huius filius zabaad et
huius filius ezer et eled. occiderunt
autem eos viri geth indigene quia descen
derant ut invaderent possessiones
eorum. Luxit ~~ita~~ igitur ephraim pater
eorum multis diebus et venerunt fratres
eius ut consolarentur eum. Ingressus
que est ad uxorem suam que concepit et
pepit filium. et vocavit nomen eius
beria eo quod in malis eius domus or
tus esset. filia autem eius fuit sara que
edificavit bethoron inferiorem et supe
riorem et ozen sara. Porro filius eius ra
pha et sereph et tale de quo natus est e
thaan qui genuit laadon. huius quoque fi
lius amiud. genuit elisama de quo
ortus est nun qui habuit filium iosue.
possessio autem eorum et habitacio bethel
cum filiabus suis. Et contra orientem
noram ad occidentalem plagam ga
zer et filii eius. Sichem quoque cum fili
abus suis usque aza et filiabus eius. iuxta
filios quoque manasse. bethsan et filias
eius. thanach et filias eius. magiddo et
filias eius. dor et filias eius. In his ha
bitaverunt filii ioseph filii israel. Filii aser
iomna et iosua et isui et baria et sara
soror eorum. filii autem barias eber et
melchiel. ipse est pater barzaith. Heber
autem genuit iaphath et somer et otham
et suaa sororem eorum. filii autem ep
lath. phoseth et camaal et asoph. hii
et filii ephlath. porro filii somer achi et
raoga et iabi et aram. filii autem helem
fratris eius supha et gemma et selles
et samala. filii supha sue arnapheth
et sual et zamra. bosor et odor et sama
et salusa et ietra et beca. filii ether ~~iep~~
iephone et phasfa et ara. filii autem
olla. areeb et aniel et resia. omnes

232